



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCLXVIII. De LXX. Lethowinis occisis in Nattangia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

CAP. CCLXVIII.

De

*LXX. Lethovinis occisis in Nat-
tangia.*

Hujus Magistri tempore, anno scilicet Domini MCCCLXXV. Lethovvinorum in autumno territorium Glottovviæ Warmiæ diocesis improvisè intrantes, unam villam incendio destruxerunt occidentes & rapientes, quicquid in ea vivum reppererunt. Quo intellecto, frater Waltherus Goldoni socius, Commendatoris de Brandenburg cum quibusdam armigeris secutus, occupavit viam quam transire debebant, præter quam via alia, propter aquarum inundantiam, non restabat, & consurgens adversum eos, præter tres omnes trucidavit.

CAP. CCLXIX.

De

*Vastatione territorii Castri Ott-
kaim.*

Eodem anno frater Henricus de Dobin & quidam fratres cum ECC. viris intraverunt territorium Castri Ottkaim & combu-
stis sex villis, captis & occisis hominibus, recesserunt. Letho-
vini insequentes ipsos sæpius hostiliter invaserunt, ita quod u-
triusque partis plures fuerunt graviter vulnerati.

CAP. CCLXX

De

*Deprædatione terræ Dobrinensis &
occisi LXX. Lethovvinorum.*

Xx

Hoc